



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**D. Burchardi VVormaciensis Ecclesiae Episcopi,  
Decretorum Libri XX. ex Consiliis, & orthodoxoru[m]  
patru[m] Decretis, tum etiam diuersaru[m] nationum  
Synodis, ceu loci communes congesti, in quibus ...**

**Burchardus <Wormaciensis>**

**Parisiis, 1549**

Quòd cum excommunicato orare non liceat. xxxi.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-10722**

si quis praesumpserit, sacrilegus habeatur, & sicut sacrilegus iudicetur. Ipsos autem qui hoc agunt: clericos ac dominos sacerdotes persequi eosque infamare audiuius, ut malum per malum addentes deteriores fiant, non intelligentes quod Ecclesia Dei in sacerdotibus consistat, & crescat in tempore Dei: & sicut qui Ecclesiam Dei vastat, eiusque praedia & denaria expoliat, & inuadit fit sacrilegus, sic & ille qui eius sacerdotes insequitur, sacrilegij reus existit, & sacrilegus iudicatur.

*De his qui truncationes membrorum, depraedationes & domorum incendia fecerint. Cap. XXX.*

*Ex decr. Eutychia papa.* **S**I quis membrorum truncationes, domorum incendia fecerit, siue facere iusserit, aut facienti consenserit, quodque de his vnique legaliter vel amicabiliter coram episcopo ciuitatis aliisque ciuibus non emendauerit, ab Ecclesia se priuatum cognoscat. Si vero post secundam & tertiam conuentionem, cuncta in quibus arguitur non emendauerit, tanquam ethnicus & publicanus ab omni Christianorum collegio separetur.

*Quod cum excommunicato orare non liceat. Caput XXXI.*

*Ex dictis S. Isidor.* **C**UM excommunicato, neque orare, neque loqui, nisi quae ad eandem excommunicationem pertinent, uel uelci cuique liceat.

*De eadem re. Cap. XXXII.*

*Ex dictis eiusdem.* **S**I quis frater, aut palam aut absconse cum excommunicato fuerit locutus, communem statim cum eo excommunicationis contrahet poenam.

*De eadem re. Cap. XXXIII.*

*Ex dictis Fructuosi episcopi.* **C**UM excommunicato nullus loquatur, neque qualibet eum compassione vel miseratione refoueat, neque in contradictionem, vel superbiam confortare praesumat.

*De eadem re. Cap. XXXIII.*

*Ex concil. Antioch. cap. 2.* **C**UM excommunicatis non licet communicare, nec cum his qui per domos conueniunt, deuitantes orationes Ecclesiae, ubi simul orandum est. Si quilibet autem ex capto deprehensus fuerit cum excommunicatis communicare, poenam istam priuetur communione.